

DE  
TUENDA PACE,  
ET  
CONCORDIA  
INTER  
EPISCOPUM, ET CAPITULUM  
THEORICA, ET PRAXIS

*Ad majorem Cleri Sæcularis utilitatem proposita  
in Congregatione Sacerdotum Sæcularium  
in Domo Professa Societatis JESU*

A B

ANDREA HIERONYMO ANDREUCCI  
EJUSDEM SOCIETATIS

Eminentissimo ac Reverendissimo Principi  
FRANCISCO ANTONIO  
S.R.E. CARDINALI FINY.



*La Libreria del  
Coll. R. della Comp.  
& Hs. d Salam.*

ROME, Typis Antonii de Rubeis apud Pantheon. 1737.  
*SUPERIORVM PERMISSV,*



# EMINENTISSIME PRINCEPS.



*Am diu nostra hęc Ca-  
suum, ut vocant, &  
Sacrorum Canonum Congregatio op-  
portunitatem aliquam opperiebatur,  
qua Tibi, PRINCEPS EMINENTISSIME,  
si minus in referenda gratia, sal-*

# P A R S P R I M A

*De tuenda Pace, & Concordia inter  
Episcopum, & Capitulum.*

## C A P U T I.

Præmittuntur Notiones aliquæ  
præliminaires

### §. I.

*Quid sit Capitulum, & quæ ejus Dignitas?*

1.  Ox hæc *Capitulum*, prout in jure ad rem præsentem accipitur, duplicum habet significationem: Primo enim significat ipsum *Collegium Canonicorum*, deinde significat locum ipsum, ubi *Canonici*, sèu *Capitulares* congregantur, ut in Cap. in *Causis de eleçt.* & *Azor.* lib. 3. cap. 37. quæst. 1. Evidem in præsenti eam usurpabo in prima dumtaxat significatione, quæ ut planius innotescat, *paucis nonnulla perstringam*: Sciendum quippe est primis Ecclesiæ sæculis *Presbyteros*, & *Diaconos* in Civitate Episcopali curam Animarum gerentes unum cum Episcopo quasi corpus constituisse, Senatumque formasse, quos idcirco *S. Ignatius Martyr* scribens ad *Magnesianos* ait esse loco *Senatus Apostolici*: cum autem progressu temporis *Presbyterorum* numerus cresceret, cæperunt *Episcopi* è *Clero* quosdam seligere, sibique arctius devincire, quorum

A

con-